ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: AENEAS SILVIUS PICCOLOMINI. IOHANNES GUALLENSIS. THOMAS SUBPRIOR OCART. HUMBERTUS DE ROMANIS ETC. TEXTE ZUR TÜRKENGEFAHR

Melk, Lambach, u.a., 3. Viertel 15. Jh. Seite 37r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift



De trans

Trans ꝓposicio composita cum dictionibus ab d n vel i consonante principium habentibus n et s amittit ut traduco trano traycio Inuenitur tamen et integra ut transnumero et transduco que uideri possunt non esse composita

De N littera

N litera neq ante b neq ante m neq ante p locari potest Siue composita dictio fuerit seu simplex ut summa per duplex m kombus pompeius Communis immunis Combibo imbibo Computo imputo In compositis quoq per figuram themesim diuisis ut inq prudens inq potens usus doctorum habet ut in ponatur loco n quamuis uideri posset ad suam naturam in ꝓposicionem esse reuersam que dum separata est quoq sequens dictio supradictas in principio litteras habeat non mutatur ut in biuio in pontificio in magistratu Contra uero fit ut f c d q t in simplicibus ac compositis dictionibus iuxta se preire non sinat in ut tonsus linquo Cancer Mendax Centum anfractus quencunq quicunq tantundem identidem In grecis quoq dictionibus que per ph figurantur idem seruandum est Sed scribi in pronunciari n periciores uolunt Vt pamphilus nimpha